

Quinta distinctio.

**D**ist hoc considerandum est supra  
ostendit angelos quales facti sunt  
angeli in sua prima conditione.  
hic scilicet ostendit quales facti sunt  
auersione et reuersione. Diuiditur autem hec pars  
in tres partes. In prima agit de auersione et  
reuersione. In secunda de confirmatione et obliuione.  
Intra distinctum vii. supra dictum est igitur quod angeli etc.  
In tertia de ordinum distinctione. Intra distinctum ix.  
Post predicta superius cognoscere. Prima pars habet  
duas. In prima agit de reuersione et auersione.  
Secundo de ruina que consequitur a malis auersionibus  
et hoc intra distinctum vi. Prescribi oportet quod prima  
pars habet tres. In prima ostenditur quid sit auer-  
si et reuerti. In secunda ostenditur a quo sit. In tertia  
habebat enim omnes etc. In tertia quidam dubia circa  
reuersionem mouet et soluit. Intra Si autem queritur  
utrum post creationem. Et illa tertia pars habet tres  
partes secundum tres dubitationes quas determinat  
et explanat. Primo enim determinat utrum bonis  
gratia sit collata. ad hoc ut effugiat reuersionem.  
Secundo uero utrum malis sit sua auersio imputanda  
cum gratia non habuerit. Intra Ideoque quibusdam  
uidetur etc. In tertia uero determinat utrum con-  
uersio fuerit meritoria confirmationis. Intra Hic  
queri solet utrum in ipsa confirmatione etc. Et sic  
tria tanguntur in vniuerso. scilicet auersio luciferi  
auersio aliorum minorum. et reuersione beatorum.

**I**ntelligentia huius partis  
in qua queritur quales facti sunt  
angeli per auersionem. tria queruntur.  
Primo enim queritur de auersione  
luciferi qui fuit caput totius mali. Secundo que-  
ritur de auersione minorum angelorum. Tercio  
de auersione beatorum. Quatuor ad primum duo  
queruntur. Primum est utrum peccauerit pecca-  
to superbie. Secundo est quod fuerit ei appetibile.

**Q**uod autem peccauerit peccato super-  
bie uidetur sic. super illo Luc. x.  
Uidebam sathanam etc. Glo. qui  
singulariter elatus erat. ut in ei  
casu ceteri de elatione timerent. Intra Ecce.  
xi. Iniciu omnis peccati superbia. scilicet primum iter omnia  
peccata fuit peccatum diaboli. ergo etc. Intra Aug.  
xi. super Gen. ad lras. factus continuo se a luce

veritatis auertit superbia tumidus. et proprie  
peccatis delectatione corruptus. Intra Victor  
de summo bo. li. i. ca. x. mox ubi factus est in su-  
perbia erupit et precipitatus de celo est. Intra  
rōne uidetur. quia non contingit peccare nisi tri-  
pliciter. scilicet aut ex concupiscentia carnis. aut concupiscentia  
oculorum. aut superbia uite. scilicet primum peccatum non  
potuit esse carnis concupiscentia. nec potuit esse appe-  
titus diuiciarum. quia spiritus istis non indiget. er-  
go necesse est quod fuerit superbia uite. Intra  
peccatorum spiritualium non sunt nisi quattuor genera  
propter auariciam que tenet quasi medium inter carna-  
lia et spiritualia. scilicet superbia. ira. acedia. inuidia.  
scilicet in omnibus tribus generibus est odium. ergo cum  
omne odium causetur ab amore. odium inordinatum  
causat ab amore inordinato. ergo autem ista  
tria genera oportet aliquod peccatum spirituale prece-  
dere in diabolo. scilicet hoc non potuit esse nisi su-  
perbia. ergo etc. Intra nunc queritur pueritur affe-  
ctus nisi prius peruertatur iudicium. nunc queritur p-  
ueritur iudicium in his que sunt de necessi-  
tate salutis. nisi aliqua execratio sit in ratione  
ergo execratio rationis precedit omnem appetitum. sed  
execratio non potest esse qui precesserit peccatum ap-  
petitus. et non potuit precedere peccatum appeti-  
tus. ergo tamen precessit peccatum presumptio. sed  
hoc est peccatum superbie. ergo etc. Contra. quod  
fuerit primum peccatum omisso uidetur. quia si  
ipse deliberasset utrum illud esset appetendum  
nunc queritur peccasset. nec aliter uitare poterat. er-  
go tenebatur deliberare et ante omisit deli-  
berare quod illud appetere. ergo ante omisit quod  
supbire. Si forte dicas quod per intellectum de  
forme poterat sine deliberatione uidere quid  
sit faciendum. Contra. ad hoc quod ipse hoc in-  
spiceret oportuit ipsum considerare circumstanti-  
as appetitum et consequentia. et ista sunt multa.  
scilicet simpliciter uirtutis finire. quia cognoscit  
multa per multa. impossibile est simul multa  
cognoscere. cum se totaliter ouertat ad cognitum  
ergo necesse habet deliberare. propterea hoc non  
soluit. quia quicquid esset tenebatur uitare pec-  
catum. tenebatur reprimere cognitum suum ne prece-  
deret ad consensum. et hoc antequam sentiret.  
ergo ante omisit. ergo etc. Intra uidetur quod  
peccatum ingratitudinis. Bern. de gradibus humi-  
latis. quia gratuite bonitati dei a qua constitutus  
est ingratus existens. iustitiam quam expectans  
non esse non metuit. ideo audax culpa committit



ergo ante fuit ingratus q̄s mittet culpā illā supbie. **I**tem rōe uidetur q̄ tenet quis gr̄as agere de beneficiis q̄ illa cōsiderat. s̄z diabolus cōsiderauit beneficiū dei. cū respexit sui pulchritudinem et excellētiā et non egit gratias imo oppositū fecit. quia uoluit sibi attribuire q̄s dei erat. ergo **re.** **I**tem uidetur q̄ pctō infelicitatis. quia **A**usel. de pctō diaboli. **B**ern. d. gradibus hūilitatis. dicit. q̄ diabolus nō credidit se eē puniendū siue credidit se nō debere puniri. s̄z qui credit pctm a deo impunitū relinqui est infidelis. ergo diabolus ante q̄s peccaret appetendo. peccauit p infidelitatem. **I**tem rōe uidetur. diabolus nūq̄ appetiuit nisi credidisset sibi esse bonū uel possibīle. s̄z ois qui credit creaturas posse eq̄ri ipi creatori est infidelis. ergo diabolus ante q̄s supbiret infidelis fuit. **I**tem uidetur q̄ pctm curiositatis fuit. **B**ern. d. gradib⁹ hūilitatis. ca. xii. p curiositātē a ueritate cecidit. q̄a q̄s prius spectauit curiose affectauit illicite. et sperauit psumptuose. **I**tem hoc uidetur rōne q̄a curiositas uiciū ē diligenter respicere q̄s nō licet appetere. s̄z illud nō licet intueri q̄s nō licet cupisci. s̄z diabolus diligens aspexit q̄s supra se erat. q̄n dixit in celum ascēdam. ergo manifestum **re.** **I**tem q̄ inuidia fuerit uidetur. **A**ug. de sancta uirginitate loquens de superbia et inuidia. his duob⁹ diabolus. diabolus ē. s̄z in primo pctō factus ē diabolus. ergo fuit simul inuidia cum superbia. ergo qua rōne superbia primū et inuidia. **I**tem rōe **A**gri uidetur. sicut uerti est charitati adhrere. ita ab oppositis auerti ē odio habere uel inuidere. ergo cū p rōe peccato diabolus fuerit auersus. inuidia fuit ei⁹ primū pctm. **R**ñō ad hoc. **N**otandū q̄ aliqui uoluerūt dicere ad p̄dictas rōes et auctoritates. q̄ diabolus simul tēpe peccauit pluribus gener. bus pctōrū. naturaliter tñ et principaliter p aliis pctis fuit pctm superbie. **E**t sic rñdent unica et breui. **R**ñō uero ad oia obiecta q̄ uerū cōcludūt. **S**ed responsio hec nec uerū dicit. nec soluit. nō dicit uerū. q̄a cum affect⁹ diaboli simplex sit sicut et intellectus nō potest simul plura intelligere uel plures cogitatōnes h̄re. similiter nec affectus et in eodem instanti plura pctā

cōmittere. maxime que spectāt oīno ad diuersas actōes. sicut infidelitas sup̄ia et inuidia. **P**reterea. esto q̄ ita eēt nō soluit. q̄a p̄dictae rōes nō tantū pbāt q̄ p̄dicta peccata cōtinentur superbiā. s̄z q̄ antecedūt **E**t ideo aliter est dō q̄ est loqui de peccato q̄ntum ad triplicē statatū q̄ntum ad incolatōem. cōsummatōem. et cōfirmatōem. pctm diaboli iniciatū est in p̄sumptōne. Nam enī ut suam uidit pulchritudinem p̄sumpsit. cōsummatū est in ambitōne. quia p̄sumens de se appetiit q̄s oīno cōtra se fuit. et ad quod puenire nō potuit. s̄z cōfirmatū ē inuidie et odii auersione. q̄a ex quo optinere non potuit q̄s appetiit. ideo inuidere cepit et affectu odii cōtraire. et in hoc firmatus est. q̄a oīno hoc ipm a deo sepauit. et perfectū obstaculū posuit sicut p̄fecta charitas. p̄fecte deo iungit. **D**ecedende ergo sunt rationes prime. q̄ superbia fuerit primū peccatū nam superbia p̄sumptōnis et tumoris primū fuit generatōne. superbia ambitōnis primū fuit cōsummatōne. **A**d illud q̄s obicit de omissione. **N**otandum q̄ omīssio nec fuit nec potuit esse principale pctm siue primū quia omīssio boni uenit ex timore male humilitante. et ois timor talis uenit ex amore male inflamante. unde nullus dimittit aliquid facere q̄s facere debet. nisi aliud amet q̄s non debet. sicut aliquis obmittit ire ad matutinū. quia amat somnū et quietē in lectulo. hac eadem rōne nō potuit primū eē ingratitude. nec etiam inuidia. dō est igitur q̄ nō quecūq̄ omīssio inducit pctm omīssionis. **I**ngit enī omittere cōstantiam. et tūc nō est pctm omīssionis. sed negligentia quedam. **I**ngit omittere actum. et hoc dupliciter. uel generaliter. uel sp̄alit. generaliter fm q̄d cōprehendit p̄ceptum affirmatiū et negatiū. sp̄aliter cōtra affirmatiū. sic enī omīssio ē cōtra p̄ceptum affirmatiū. sicut transgressio cōtra negatiū. unde nō omittit qui nō uitat fornicatōne. s̄z qui nō honorat p̄ntes. et fm q̄ ē actus sp̄alis. p̄t esse actus principalis uel non principalis. et nō ē omīssio pctm p̄cipale nisi p̄ actu p̄cipali. sicut patz de eo qui tenetur ire ad matutinas tenetur se induere et surgere d̄ lecto. et sic de aliis. et q̄uis sint multi actus. una ē



omissio. ad hoc autem q. sit p<sup>ctm</sup> aliq<sup>o</sup> cē-  
sendum ēē p<sup>ctm</sup> omissionis. oportet q. sit  
omissio actus. non circūstantie p<sup>cepti</sup> affir-  
matiui. non negatiui principalis nō annexi  
**Sic** autē p<sup>3</sup> q. non ē in p<sup>posito</sup>. q. diabo-  
lus actū principalē aliq<sup>ue</sup> ad quē teneretur  
nō omisit. s<sup>3</sup> id appetiit q<sup>o</sup> non debuit. **Et**  
sic patet breuiter de omissionē. ¶ **Ad** illud  
q<sup>o</sup> obicitur de ingratitudine. v<sup>o</sup> q. ingratitu-  
do p<sup>o</sup>t dici dupliciter. s<sup>3</sup> negatiue. uel con-  
trarie. negatiue q<sup>u</sup> quis non est gratus deo  
ut debet. et sic ē circūstantia omnī p<sup>ctō</sup>uz.  
priuatiue q<sup>u</sup> non tm nō ē gratus. imo con-  
trarie mouet. ut puta q<sup>u</sup> cogitat d<sup>o</sup> beneficō  
vt ē b<sup>nficium</sup>. et p<sup>uipendit</sup> b<sup>nficium</sup> uel b<sup>nficium</sup>  
ctorem. et sic ē sp<sup>ale</sup> p<sup>ctm</sup>. **Sic** autē nō pec-  
cauit diabolus. quia nō cogitauit de b<sup>nficij</sup>s  
dei inq<sup>ntum</sup> erant dei. s<sup>3</sup> inq<sup>ntum</sup> erant bo-  
na p<sup>pria</sup>. et ideo elatus ē. ¶ **Ad** illud quod  
obicitur de infidelitate. v<sup>o</sup> q. nec p<sup>ctm</sup> infi-  
delitatis nec curiositatis fuit primū. q. o-  
culus sanus et clarus ip<sup>ius</sup> intellectus nō p<sup>uer</sup>-  
titur in iudicando uel inquirendo nisi prius  
aliqua electōe inquinetur. ¶ **Ad** illud ergo  
q<sup>o</sup> obicit q. non credit **re**. v<sup>o</sup> q. ad infide-  
litis p<sup>ctm</sup> duo occurrunt. oportet enī q. sit  
cōsensu rōnis cum iudicō uniuersali. Si enī  
aliquis cogitat q. fornicari ē sibi bonū. uel  
cogitat in vniuersali q<sup>o</sup> est bonū et nō ofen-  
tit iudiciū rōis. non est infidelis. ut pat<sup>3</sup> **Et**  
de diabolo. dico q. non ofensit iudiciū rōis  
s<sup>3</sup> extimauit sibi bonū. ¶ **Ad** illud quod  
obicitur de curiositate. v<sup>o</sup> q. duo faciūt ofi-  
deratōez dici curiosaz. s. cure accusatō. et uti-  
litis priuatō. vnde si diabolus ex oibus q.  
respexit suū bonū eliciuisset referendo illa  
in gloriam dei. illa ofideratō nō esset culpā  
panda nec curiosa dicenda. q. ergo fuit curi-  
osa. ex hoc fuit q. non bonū inde eliciuit. s<sup>3</sup>  
malum ambitōnis et p<sup>sumptō</sup>nis incurruit  
et ita fuit prio rō p<sup>cti</sup> in p<sup>sumptō</sup>ne. et non  
in cōsideratōne. et sic p<sup>3</sup> q. q<sup>u</sup>is in diabolo  
fuerit curiositas non fuit culpa antecedens  
p<sup>sumptō</sup>em nec alia. s<sup>3</sup> dicitō illi annexa.  
¶ **Ad** illud q<sup>o</sup> ultimo obicitur de inuidia.  
pat<sup>3</sup> rō p<sup>o</sup> uerbū **Aug.** q. non fuit primū  
p<sup>ctm</sup>. nam **Aug.** dicit q. est filia superbie.  
in libro de uirginitate. et ita eam consequit.  
et si nō in eodem instanti t<sup>u</sup> in eodem tēpe

sine more intermissione. vnde in huius  
prolis generatōe cōfirmata est superbia. et  
diabolus dictus est diabolus. q. deorsus flu-  
xit et ex hoc in sua malitia firmatus fuit. et  
ideo **Aug.** describens p<sup>fectam</sup> auersionē  
qualis est in diabolo. nō ē qualis in homi-  
bus p<sup>ctō</sup>ibus dicit q. auerti est odio habe-  
re uel inuidere. diabolus enī supbus nō ua-  
lens cōscendere. s<sup>3</sup> p<sup>ulsus</sup> descendere odit  
deū iustū. et inuidet excellētie eius.

**S**ecūdo queritur quid appetit  
ipse lucifer. **Et** q. appetuerit  
deo parificari ostendit p<sup>o</sup> testē.  
**psa. xliij.** ubi describit e<sup>u</sup> pec-  
catus. **Ascendam in celū ero et similis altissi-**  
**mo.** sed nō dixit de celo empyreo. quia ibi  
erat. ergo de celo trinitatis. sed in illo nō ē  
nisi equalitas. ergo **re**. ¶ **Item** super illud  
**ps.** Que non rapui tūc. **Glo.** quia adam et  
diabolus uoluerunt rapere diuinitatez ami-  
serunt felicitatem. sed non uoluerunt rape-  
diuinitatem q<sup>ntum</sup> ad identitatez. ergo q<sup>ntum</sup>  
ad equalitatem. ¶ **Item** **Bern.** d<sup>o</sup> gra-  
dibus humilitatis. **De** iniquitas tua nō ita  
momentanea sed odio digna est sempiter-  
no. q. tuo dilectissimo et altissimo domino  
desideras semper equari. ¶ **Item** q. sit ap-  
petibile uidetur ratōne. quia similitudo est  
appetibilis. et maior magis. et maxima simi-  
litudō maxime appetibilis. sed similitudo  
equipantie est huiusmodi. ergo uidetur q.  
valde facile fuit eā appetere. eo q. magna  
esset inclinatio. ¶ **Item** omne quod potest  
cogitari delectabile potest appeti. sed dia-  
bolus potuit cogitare delectabile esse tale  
qualis ē deus. quia summe delectabile est cō-  
deum. ergo uidetur ratōnalit<sup>er</sup> q. hoc po-  
tuerit appetere. ¶ **Item** q. appetierit uide-  
tur. diabolus superbus appetiit aliquid q<sup>o</sup>  
uidit supra se. quia hoc est ratō supbie. s<sup>3</sup>  
supra luciferū in statu illo nihil erat nisi de-  
us et eius celsitudo. ergo appetiit diuinam  
celsitudinem. ¶ **Item** tantum excellens fuit  
supbia q<sup>ntum</sup> excellit inuidie et odii malitia  
s<sup>3</sup> non tantum diabolus odit et inuidet crea-  
turis dei ut homi. imo etiam uidet ipi deo



ergo non tantū creaturis p̄esse. s̄ etia deo  
se uoluit equare. ¶ Item licitū ē appete  
re similitudinē cōformitatis. si ergo diabo  
lus illicitū appetiit ultra hanc p̄gressus  
est. s̄ ultra similitudinē cōformitatis nō ē  
nisi similitudo equalitatis. ergo hāc appetiit  
lucifer ut uidet. **Cōtra. priā. Thimo. ij.**  
**adam nō ē seductus. Glo. nō ē credendū**  
**q̄ uir spūali mente p̄ditus appetierit eē si**  
**cūt deus. si nō ē credendum de homie cum**  
**ad hoc sapientior eēt illo angel⁹. multo mi**  
**nus est credendum d̄ eo. ¶ Item Ansel. in**  
**libro de casu diaboli. nihil appetiit ad quod**  
**nō puenisset si stetit. s̄ nūq̄ fuisse p̄ari**  
**ficus deo. ergo. ¶ Item q̄ hoc non sit**  
**appetibile uidetur. diuina imensitas nō pōt**  
**mente capi. ergo nullus pōt cogitare equa**  
**litate ad deū. s̄ nihil pōt appeti q̄ nō pōt**  
**intellectui capī. ergo. ¶ Item hoc pbat**  
**Ansel. si deus nō pōt cogitari nisi ita solus**  
**ut nihil ei sitē possit cogitari. quō potuit**  
**diabolus uelle q̄ nō potuit cogitare. ¶ Itē**  
**q̄ diabolus hoc nō appetierit ostēditur. quia**  
**nihil appetiit nisi ad q̄ uenire posse se cre**  
**didit. hoc p̄ q̄ ip̄e dixit. Ponaz sedē meā**  
**s̄ nullus nisi demens posset unq̄ credere**  
**q̄ creatura creatori posset equari. ergo cū**  
**diabolus adhuc oīno stultus non esset. hoc**  
**nūq̄ appetiit. ¶ Item diabolus dīgebat**  
**se sup̄ oīa. ergo non uolebat eē aliū q̄ ille**  
**qui erat. s̄ si eēt par deo eēt aliū q̄ ille q̄**  
**erat. quia eēt deus. ergo cū hoc nō appete**  
**ret non appetiit deo oīno equari. Si tu di**  
**cas q̄ bene appetitur antecedens sine cōse**  
**quēti. uerū est appetitu desideratiu. s̄ ele**  
**ctiuo nullus nisi stultus uult eē abbas deli**  
**beratiue qui uelit eē monachus. ¶ Itē oē**  
**pctū est p̄ uersionem ad bonum cōmuta**  
**bile. ergo si diabolus appetiit parificari d̄o**  
**diabolus nō peccauit. s̄ peccauit. ergo hoc**  
**non appetiit. ¶ Responso. dicendum q̄**  
**duplex est similitudo dei. s̄ equipantie siue**  
**equalitatis. et imitātōis. similitudo imita**  
**tōis potest appeti ordinate et inordinate.**  
**ordiate ut appetatur similitudo in his que**  
**nostre sunt aptitudis et dīne acceptōis. cu**  
**iūsmōi sunt p̄fectōes et decore virtutū.**  
**inordiate uero ut homo appetat id q̄ nō**  
**debet uel q̄ non placet deo. ¶ Et si app̄ etat**

hominibus p̄esse uel se de aduersariis uin  
dicare. Similitudo equalitatis nullo modo  
potest appeti ordiate. s̄ aliquo mō est ap  
petibilis. aliquo modo non. nam omnimō  
da similitudo non est appetibilis. q̄a non po  
test cadere in cōgnitōem siue i intellectū.  
et ideo nec in appetitum. t̄si aliquis fingat  
non appetit equalitatem s̄ suam fictiōez.  
Alio mō est similitudo equalitatis i aliqua cō  
dicōe ut i dīno p̄sidentia scia. et sic credo  
Notandum est igitur q̄ diabolus quodam  
modo appetiit similitudinē imitātōis. quo  
dammodo equalitatis. et hoc apparet si at  
tendatur appetibile et mōd⁹ appetendi. dia  
bolus enī appetiit aliis p̄esse sua auctorita  
te q̄ appetiit p̄eesse hoc fuit imitātōis.  
et hoc idem aliquando optinisset si stetit  
set. q̄ autem propria auctoritate ita q̄  
sine meritis et sine datore et ita q̄ nulli  
subesset. hoc est solius dei. et hoc ē equi  
parantie et ita patet quid appetiit. Et pa  
tent auctoritates multe sanctorum. quia  
Gregorius dicit q̄ appetiit esse sui iuris.  
ita q̄ nulli subesset. Bernardus dicit q̄  
appetiit equalitatem potentie. Anselmus  
q̄ appetiit p̄eesse sine meritis. et omnes  
verum dicunt. Et diuerse auctoritates cir  
cumlocuntur hoc quod est p̄eesse omnib⁹  
propria auctoritate. ¶ Ad illud ergo q̄  
obicitur. q̄ appetiit diuinā equalitatem.  
Concedendum est in aliquo. Et sic currunt  
ratōes ad illam partem inducte. quia be  
ne potuit appeti. et maxime ab illo qui  
fuit superbissimus inter omnes est appe  
tita. ¶ Quod tamen obicitur ultimo  
non ualet. quia quamuis licitum esset ap  
petere similitudinē imitātōis. non ta  
men omnem similitudinē. sicut osten  
sum est. ¶ Ad illa que obiciuntur in con  
trarium. facile est respondere per iam di  
cta. ¶ Quod enim obicitur de adam non  
est site. q̄a adam habuit gratiā et p̄pterea  
nō habuit tāta occasiōez efferendi se. ¶ Ad  
illō q̄ obicitur Ansel. iā p̄ r̄io. q̄a uerū dīc  
quantū ad ip̄m appetibile. non quantū ad  
circūstantiam sub qua appetiit s̄ q̄ p̄pria  
auctoritate. Due sequentes rationes que  
probant q̄ non potest appeti tales lo  
quuntur de omnimoda similitudine predicta



quia si aliquis cogitat deū in generali cogi-  
tat ei similem nō cogitat deum. sed fingit.  
et ideo nō appetit esse similis deo. sed ficti  
oni sue. ¶ Ad illud quod obicitur q. non  
appetit. dicendum q. ille tres ratōnes pro-  
bant q. non appetit omnes. et hoc ē uerū.  
¶ Ad illud quod ultimo obicitur q. nō pec-  
cauit si appetit similitudinem. q. non ē con-  
uerſ<sup>o</sup> ad bonū imutabile. s. q. ipse uertit  
se ad bonū icōmutabile ut eēt pprū. et ita  
vel ad imutabile ac p hoc inordinate. et in-  
ordiate uerti supbiendo ē auerti a deo. et  
uertit ad se. ¶ hoc p. q. diabol<sup>o</sup> quod dei  
erat appetebat sibi. ¶ ita finaliter ad se cō-  
uertebatur non ad deum. Et sic patent om-  
nia quesita.

**C**onsequenter qritur scōo loco  
de auersione miorum angelo  
et circa hoc queritur duo. Pri-  
mū ē quo genere pcti peccane-  
rūt miores angeli. Scōum est de opatōne  
pcti miorū angeloz ad pctm luciferi.

**C**irca primū sic pceditur. ¶ qri-  
tur p. miores angeli pecca-  
uerūt pctō supbie. ¶ q. sic ui-  
det. Greg. ij. moral. cāto ma-  
gis hoies ad celestia ascēdere inuidēt. qnto  
se a celestibus p imunditiā elatōis delectos  
uident. loquitur d demonib<sup>o</sup>. ¶ Itē Hugo  
de sancto victore. oēs in eādē malitiā cōsen-  
serūt. et unū ordiez puerse societatis fecerūt.  
s. oēs cōsenserūt in eādē malitiā. cū malitiā  
diaboli fuerit supbia. ergo oēs cōsenserūt in  
supbiā. s. nullus i supbiā cōsentit nisi super-  
bus. ergo &c. ¶ Itē libido ē fūdamētū cūi-  
tatis diaboli et radix ois pcti. ergo cū libidi-  
nosus amor sit amor ad se recurū et amor  
priuatus. q. in hoc differt ab amore casto.  
ergo qlibz aliquid sibi appetiūt. s. nō appe-  
tiūt appetibile oculoz nec carnis. ergo sup-  
bie uite. ¶ Itē ē amor cōmodi. et amor ho-  
nesti. ut vult Ansel. si ergo peccauerūt de-  
mones. aut igit amore cōmodi aut honesti.  
cū ois affectō oitū habeat ex amore. s. nō  
amore honesti. ergo amore cōmodi. s. hic  
est amor pprū boni. ergo &c. ¶ Cōtra. q.

nō peccauerunt pctō supbie uidet. q. supbi  
est appetere pesse et nō subeē. s. minores  
angeli uoluerūt lucifero sub eē. ergo nō su-  
pbierūt. maior manifesta ē. minor pbatur p  
Hugonē et Agm. quoz uterqz dicit q. lu-  
cifero cōsenserūt. ergo uoluerūt q. pssz s. ē  
optabat. ¶ Item maioris dignitatis et sub-  
limitatis est subesse summo domino q. mi-  
nori. ergo deo q. angelo. ergo si superbus  
appetit quod maioris est dignitatis. si su-  
pbierunt potius appetierunt. subesse deo  
q. lucifero. s. uoluerunt a dominio dei trās-  
ire in omnimodū dominiū luciferi. ergo &c.  
¶ Item omnis superbus appetit aliquam  
excellentiā. si ergo supbierūt aliqd appe-  
tierūt. s. se parificari deo. ubi uidet dicere  
Agm in lra. q. supbia uoluerūt se parifica-  
ri deo. tūc igitur cum minus haberent mo-  
tiū ad hoc q. lucifer. ergo grauius pecca-  
uerunt. qd est tra totam scripturam que  
dicit ipm caput malitiā. Si tu dicas q. uolu-  
erunt quiescere sine meritis. et ideo super-  
bierunt. ¶ Sed contra. Laus est et gloria  
consequi premium per merita. ergo cum su-  
perbus appetat laudem et gloriam. appete-  
re beatitudinem sine meritis non erit sup-  
bie. immo ignaue. ¶ Item aut appetebāt  
sine meritis propter uitandam dilatonem.  
aut propter uitandum laborem. non prop-  
uitandum laborem. quia angeli non laxan-  
tur sicut nec motor primi mobilis. ergo p-  
pter dilatonem. sed sancti uiri uitant dila-  
tonem. qui cupiunt dissolui et esse cum chri-  
sto. ergo uidetur tūc q. ipi superbiant.  
¶ Responſio. dicendum q. planum est ex  
dictis sanctorum et gloriosis. q. angeli mi-  
nores peccato superbie sunt auersi. sed ta-  
men in modo superbiendi diuersitas est in-  
ter doctores. Nam aliqui uoluerunt dicere  
q. superbia eorum fuerit iu cōsentiendo  
superbie luciferi. et cōsentire superbie nō  
potest eē nisi superbientis. sicut etiā adam  
dicitur superbis. quia mulieri superbienti  
cōsensit. Sed tamen aliud non uidetur p-  
habile q. angeli minores prius appetue-  
runt alii aliquod bonum cōmutabile. quo-  
nias sibi vniuscuiusqz affectus maxime sit  
iunctus sibi. et primo appetat sibi inordina-  
te q. alii. et si alii. propter se hoc facit. sed



Secunda uero positio est quod angeli minores superbierunt non tamen sentiendo sed sibi excellentias appetendo. et cum se non crederent posse ad illud puenire sine ipsius luciferi sublimitate. quod erat quasi caput. et sibi et illi appetuerunt. et ideo superbierunt proprie et superbie etiam senserunt. Et cedere sunt rationes ad hanc partem inducte.

Ad intelligentias obiectorum ad contrarium. Notandum quod superbia demonum in forma fuit capituli tunc malicie principii. scilicet tenebrarum. Ipse autem diabolus attendens suorum naturalium strenuitatem et excellentiam et precellentiam. uoluit per se et re quiescere sua auctoritate. hoc est sine meritis sine misterio. demones uero ei subiecti non sunt ausi tamen appetere. sed considerantes naturalium strenuitatem uoluerunt sub iura illius requiescere ita quod non ministraret. sed quidam sub illo poneretur uoluntaria libertate. quam uidebant se non posse habere sub diuino domino. agnouerunt enim angelis se esse factos ad precipiendum quietis beatitudines. et acquirendum per merita et ministeria. In hoc ergo superbierunt quod sine meritis uoluerunt beati esse et sine misterio quiescere. et sine limite propria uoluntate implere. et hoc totum est superbia. quous non sit tamen superbie quante fuit appetere omnino precellere et nulli subesse. His uisus facile est ad obiecta intendere. Ad illud enim quod obicitur quod non superbiunt. quia non appetierunt per se. uero quod quous non appetierunt per se non uoluerunt tamen debito modo subesse. quia non uoluerunt sub esse illi domino quod precipit solum quod bonum est. restringit uoluntatem. sed ei quod permittit laxari frenum cupiebat. ideo mali homines et superbi potius uoluerunt subesse diabolo quam deo. sicut potuit esse et angelis. Preterea. alia fuit ratio quare non cupiebant ei subesse. sed sub eius dominio siue seruitio ut misterio requiescere. et hoc superbie est. Et ita patet sequens quod obicit quod gloriosi est deo sub esse. uero est in ueritate. sed non in extimatione superbi. Ad illud quod obicitur tertio quod appetuerunt ut parificari deo. uero quod in aliquo uoluerunt parificari deo in hoc. quod sine meritis et obsequio uoluerunt esse dei et beati in eternum. quod soli dei est proprium. non tamen a deo uoluerunt parificari ut lucifer. et ideo non a deo peccauerunt. Ad illud quod ultio obicit quod gloria est optinere cum meritis. uero quod superbus magis reputat esse gloriosum habere et non ab alio quam per merita ab alio optinere. tamen quia dedignatur

seruire. tamen quia dedignatur ab aliquo recipere. et quia angelis uoluerunt propria auctoritate quiescere. per quod in extimatione superbi excellentiam appetuerunt non ueram sed falsam. sicut in superbis per quod appetunt magis gloriam et excellentias uanam quam ueram. et per hoc per quod quod ritur quare appetebat sine meritis. dico quod non quia laboriosum. nec quia tardum propter desiderium. sed uile reputabant obsequium et misterium. et hoc superbie est.

Secundo queritur de operatione peccati minorum angelorum ad peccatum luciferi. et queritur utrum habeat ordines ad ipsum et quod habeat ordines calitatis cuiusdam. uidetur Apocalypsis. xii. draco traxit se cum tertia parte stellarum. Sancti et Agostinus exponunt de lucifero et de demonibus. Si traxit. ergo aliquo modo procurauit causas eorum. ergo. Item Jo. viii. dicit quod ipse mendax est et pater eius. ergo diabolus est pater mendacii. ergo cum mendacium ibi uocetur omne peccatum. uidetur quod ipse fuit pater omnis peccati. ergo et peccati minorum angelorum. et ita uidetur quod sit ordo causalitatis. Item quod sit ordo temporis siue durationis uidetur. quia Hugo dicit et Magister. quod peccauerunt peccato consentiendo. sed non potuerunt consentire peccato luciferi. nec quod precesserat. primum enim uult aliquis aliquid quod requirat consensum ergo. Item hoc uidetur. quia diabolus aliquo modo fuit origo siue suggerendo siue exemplum prebendo. non potuit suggerere nisi postquam appetuit. nec etiam demonstrare aliquid conceptum suum. nec illi consentire. nec postquam cognouerunt. ergo in medio inter peccatum diaboli et aliorum cecidit suggestio. uel saltem demonstratio et perceptio et diiudicatio de percepto. sed ista non possunt simul esse. ergo fuit ibi ordo temporis. Sed contra. quod non potuerit ibi esse ordo causalitatis siue occasionis uidetur. quia statim ubi peccauit deformatus est. ergo cum angeli ante peccatum haberent limpidum uisum. si uiderent deformitatem potius debuerunt a peccato retrahi quam eius exemplo uel suggestionem. ergo non peccauerunt ei exemplo ut suggestionem.



ordinata affectōe. Sic in minoribus angelis dicitur fuisse in peccādo. cū peccauerūt aspiciendo qđ angel<sup>9</sup> uolebat, ⁊ exinde aspiciēdo modū suū. Et hec posito uidet<sup>r</sup> itelligibili or. vñs cecidēde sunt rōes ad hoc inducte. **¶** Ad illō ergo qđ obicit<sup>r</sup> qđ deformis fuit statū. pōt rīderi qđ deformis fuit. s; illa erat intra vñciāz. ⁊ ideo nō appuit qđ n̄ reuelauit. **¶** Vel pōt dici qđ e deformitas vñra naturā et vñra uolūtatis dformitatē. vñra naturā statū natura vñgnoscit ⁊ respuit. quia non mouet nisi uno mō. s; deformitatē uolūtatis nō respuit uolūtas eo qđ ip̄a libera ē. ⁊ ideo frequē placz ei actus culpabit<sup>r</sup> dformis. nec tal<sup>r</sup> act<sup>9</sup> displicz ei nisi inqñtū adherz aliquo mō iustitie. ⁊ qđ angeli qđā adheferūt iustitie. ideo eis displicuit mot<sup>9</sup> angeli ⁊ dformis uolūtas. alii uero nō adheferūt ideo imūditia nō pceperūt. s; magis ut apparēz bonū acceptauerūt. **¶** Ad illō qđ obicit<sup>r</sup> qđ simul ceciderūt. pōt dici qđ simul. nō qđ in eodē instati s; qđ repēte. qđ in ip̄ceptibili tpe. et ibi bene pōt eē ordo q̄uis nō p̄cipiat. Vel alit<sup>r</sup> et melius pōt dici qđ sathanas nō statū cecidit ut appetiit. s; postq̄z pctm ei<sup>9</sup> fuit vñsum matū ⁊ vñfirmatū p odii ⁊ inuidiā. ⁊ postq̄z facta est diuisio bonoz angeloz a malis. de quoz vñsorcio post beatificatōez statū repulsi sunt. Nec ualet illō qđ obicit<sup>r</sup> de pcti decore. qđ pctm semper h; p̄naz internā sibi iunctam. vñde sicut homo non statim fuit eiectus de paradiso ut peccauit. s; tam statim penā habuit. ita uidetur de angelo eē vō qđ nō in eodē instanti cecidit. **¶** Ad illō quod obicitur de bonis angelis. vō qđ tam vñersi onem bonoz angelorum q̄s auersionem de monū peccatum luciferi precessit. nam ip̄e prius superbiuit et superbiam suam oibus indicauit. et extunc quidam adheferunt sibi alij uero vñstiterūt et adheferūt deo. et simul lux isti. illi tenebre facti sunt. quamuis ergo simul fuerit angelorum conuersio et demonum auersio. non tamen simul cum peccato luciferi. **¶** Ad illud quod ultimo obicitur de excusabilitate vel grauitate. dicendum qđ prima pars ratiōinationis dupliciter deficit. Primum. quia illa non est sufficiens ratio quare peccatum hominis fuit rememorale. sicut infra patebit melius.



Secundū q̄a non est simile. aliter enī diabol⁹  
dedit occasione homi. aliter angelis malis.  
homini promittēdo ⁊ fallendo. sed angelis  
solum ꝓceptū suū insinuando. unde nō dici  
tur eos tentasse ut primos pētes. Scōa  
pars deficit quia nō auerterat eius ruinam.  
nec uiderūt diuini iudicii seueritates in ipm  
quo usq; peccatum eius fuit ꝓsummatū vt  
prius tactum est et determinatum.

**Q**uēsequenter tercio loco que-  
ritur de uersione beatorū. et  
circa hoc q̄runtur duos. Primo  
queritur de ipa uersione i cō  
patōne ad suū principiū. Scōo queritur de  
eadem in opatōne ad premium.

**Q**ueritur igitur primo vtrū cō  
uersio beatorū angelorum ad  
deum fuerit uirtute nature vt  
auxilio gratie. Et q̄ uirtute na  
ture uidetur primo auctoritate. **Ag̃i i lra.**  
nō indigebat angelus gratia ꝓ quā iustificā  
retur. ergo iustus erat ꝓpter gratiā. s; q̄ iu  
stus est recte ⁊ ordinate uertitur ad sōtes  
omnis iustitie. ergo uidetur q̄ hoc potuerit  
angeli sine auxilio gratie. **Itēz philoso.**  
i. tercio de aia. intellectus temp est rectus.  
s; hoc nō esset nisi certitudo esset ei ⁊ natu  
ralis. ergo angelicus intellectus est uere. et  
ꝓprie de natura sua rect⁹. s; nullus ē rect⁹  
nisi is qui sursum est uersus. et qui h; ca  
put mentis erectū ad diuina. ergo uidet q̄  
habuerit ꝓ naturam. **Itēz facilius pōt q̄**  
illud ad qd naturaliter ordinatur q̄ illō ad  
qd nō ordinat. s; āgelus erat ordinatus ad  
deū magis q̄ ad alia. et natura erat ordia  
ta i ipō. ergo cū sine aliquo adiutorio poss; **Itē**  
uerti ad bonum ⁊ mutabile et auerti a deo  
multo forti⁹ absq; auxilio aliquo pōt uer  
ti ad ipm. **Itēz** naturale ē alicui cōuerti  
ad illud qd naturaliter magis diligit. s; āge  
lus naturali dilectōne magis diligebat deū  
q̄ aliqd creatū. vt in ꝓcedentib; est habitū.  
ergo uidetur q̄ naturalit uertetur ad ipm  
**Itēz** sūm⁹ in instanti uersionis ⁊ auersionis  
nulla ē dīa in hoc istās. si ergo aliq; incipit  
esse dīa hec ē a uersione ⁊ auersione. ergo  
prior ē auersio ⁊ uersio q̄ grē infusio. er  
go uersio nō potuit eē a grā. **Itēz** si uer  
sio fuisset a grā ⁊ nō a natura. ergo illis an

gelis q̄ nūq̄ habuerit grām s; solū natura  
lia nō eēt iputand⁹ q̄ ad deū nō sūt uersi.  
ergo nec diabol⁹ eēt culpand⁹ nec puniend⁹.  
q̄a deo nō adhefit. **Ad oppositū arguit.**  
primo auctoritate ⁊ demonstratōe. auctori  
te sic. **Ag̃i dicit in lra.** Cōuersio iustos fecit  
s; auersio iustos. s; nihil facit iustū nisi sit  
gratuitū. ergo uersio fuit a grā. si dicas q̄  
intelligit de iustitia naturali. hoc nihil ē. q̄a  
illā hebāt oēs āgeli a sua origie. **Itēz** uer  
sio creature spūat ad deū ut dicit **Aug.** est  
dies. q̄a lux ē fulgor ignitōis ⁊ calor affectō  
nis. s; ꝓ naturā lux ꝓcedit diē. cū ergo āge  
lus nō sit lux nisi ꝓ informatōz grē. pri⁹ susce  
pit grāz q̄z uerteret ad boitatē dinā. **Itēz**  
nō ē meritū sine grā sicut meli⁹ patebit iura  
q̄a nō hoīem ꝓpt op⁹ s; op⁹ ꝓpt hoīes ac  
ceptat de⁹. s; āgeli i sua uersione meruerit  
sicut ⁊ alii i auersione omeruerit. ergo **Itēz**  
si ꝓ sola naturalia fuisset uersio. cū ergo in  
naturalib; ꝓcellerz lucifer. ꝓcōt uidet q̄ ipē  
eēt uer⁹ q̄z alii. si ergo nō fuit uer⁹ nō a  
uirtute nature fuit illa uersio s; magis ab  
auxilio grē. **Rñō.** Ad intelligētā obiectoz  
ꝓnotādo ē q̄ i uersione ad deū attēdit recti  
tudo substantie spūal q̄ntū ad ei⁹ mētē maxi  
me rōe ptia motie. nec pōt eē recta nisi actu  
vt hitū sit ad deū uersa. quēadmodū igit  
duplex ē rectitudo sicut duplex ē uersio. ē  
ei qdā rectitudo nature institute. ⁊ penes hāc  
est iustitia origial. ⁊ rectitudo grē. ⁊ penes  
hāc ē iustitia meritoria quā acceptat inde x  
sūm⁹ ad rtributōz eternā. ⁊ q̄a uidz i ea pul  
chritudiez grē. merito cui⁹ siaz traducit in  
spōsā. ⁊ opa ei⁹ sūt ipi amabilia. sic itelligēdo  
ē q̄ duplex ē uersio. qdā a naturali rectitu  
die. qdā a rectitudine grē. primā potuerit hīe  
angeli absq; grā. s; scōam non sine gratia.  
Quando igitur q̄ritur a quo principio fue  
rit illa uersio. rō q̄ illa uersio fuerit me  
ritoria ⁊ deo placita. ideo nō potuit eē sine  
grā. **Rursus** quia ꝓ illā uersione optinue  
rūt gratiam. oportet ponere q̄ uersionez  
illā inchoauerit uolūtas libera. s; ꝓsumma  
uerit gratia. et ideo fuit ibi grā subsequēs  
nō ꝓueniens. gratia coopans non opans. ut  
dicit **Ag̃i in lra.** ꝓcedendū est igitur q̄ illa  
angelorū uersio in qua ꝓfirmati sunt non  
fuit sine gratie auxilio. **Ad illō ergo qd**



obicitur q. nō indigebat angelus gratia iustificante. vñ q. iustificatiōis actus dupliciter intelligitur. est enī iustificare de nō iusto facere iustū. nō iustū aut dupliciter accipitur scz priuatiue et negatiue. priuatiue idē est nō iustū q. iniustū. et tūc iustificare idē ē q. de impio facere piū. et hoc mō nō fuit grā in āgelis ad hūc effectū. alio mō dicitur nō iustū negatiue. et sic nō tm dicitur nō iustū qd hz impietate s; qd nō hz iustitiā gratie. et sic fuit in angelis iustificatiō p gratiam. et ab hac iustitia fuerūt opa eorū meritoria.

Ad illud qd obicitur q. intellectus semp est rectus. iam pz rñō. nam intelligit de rectitudine naturali. illō tam uerbū philo. debet intelligi ut dicatur semp eē rectus r spectu illorū ad q mouetur ut natura siue naturalis. et sic nos dicim⁹ in theo. synderesim⁹ semp rectā. Si aut intelligat respectu eorū in que mouet ut deliberās falsum ē. immo circumscripto oī imaginabili et fantasmate posset intellectus peccare siue priuaticari. sicut forte fecit angelic⁹.

Ad illud qd obicitur q. facilius pōt quis in id ad qd ordiat⁹. vñ q. verū ē si illō sit infra terminos nature. s; uerti uersione pfecta et meritoria. hoc ē supra naturā. s; deficere hoc ē infra. idō rō illa nō cogit. Vel dic q. illō ē uer⁹ qm gen⁹ opis ad potentiā opatur est eq̄lis diffcultatis si in se cōsideret. alī nō hz ueritatē. sicut pz in multis exemplis.

Ad illud qd obicit⁹ d. uersione q. seq̄t dilectōez. vñ q. uni formit supra uersione cū ipa dilectōe nō hz instantiā. sicut enī qdā dilectō ē a uoluntate naturali q. desideratur deus ut beatificans. qdā a uoluntate electiua q. qd optat deo honorē et gloriā. qdā a gratuita. q. in obsequiū diuinū captiuat ipa uolūtas tota. Sic et conuersio p appetitū cupiscentie ē a natura cōuersio p affectū amicitie est a uoluntate deliberatiua siue electiua. uersione uero per obsequium obediētie grāte est ab ipsa gratia. et sic patet illud.

Ad illud quod obicit⁹ q. in nullo differebat. vñ q. illud cōcludit q. grā nō inchoauerit s; nō excludit qui cōfirmauerit. et hoc uerū ē.

Ad illud qd obicit⁹ q. nō eēt iputadū mal⁹. si uersione eēt a grā. vñ q. falsus ē. q. stare poterāt et nō auerti si uolebāt. et idō uersione ei⁹ iputat⁹ i culpā.

**S**ecundo queritur de uersione beatorū in opatione ad premiū. et queritur vtrum in eorū conuersione meritū sequatur premiū uel pcedit. Et q. pcedat uidet⁹ Aug. de correptione et gratia. angeli sancti q. cadentibus aliis steterūt illi⁹ uite mercedē recipere meruerūt. si ergo meruerūt recipere meritū pcessit receptōnem mercedis.

Item meritū est uia ad premiū. sed recto ordine procedendo. prior est stat⁹ uiuatoris qz comprehēnsoris. et uie qz patrie. ergo in angelis fuit meritū ante premiū.

Item dispositio pcedit illud ad qd disponit. uel tempore uel natura. sed gratia est dispositio ad gloriā. ergo si deus dedit angelis gratiam qua possūt mereri et gloriā q. sūt beati. prius habuerūt gratiam qz gloriā. sed gratia quando inuenit libez arbitrium in actu debito facit illum eē meritorium. ergo libez arbitriū angeli i ingressu gratie et glorie erat in actu. ergo prius habuit motū meritorium qz gloriosum.

Item per impossibile uidetur. quia deus dedit angel⁹ gloriā. aut ergo dignis aut indignis. si indignis iniuste et inordinate fecit quod est impossibile. ergo dedit dignis. sed nullus ē dignus corona nisi p merita. ergo.

Item si mereri cōtinet habitum dum quis seruit deo et bene utitur habito. ergo cum omnis pseueras in gratia bene utatur ea. qui pferat in gratia meretur eam. sed quod est ex meritis non ē gratia. ergo merēdo gratiaz desineret esse gratia.

Item si premiū pcedit meritū quero qd ē illud meritū. aut qntū ad actum cōtemplatiōis. aut ministerii. nō cōtemplatiōis. sic oēs beati mererētur. si quantum ad actum ministerii. ergo uidetur q. si non esset homo angelus nō posset mereri. ergo nec dign⁹ esset beatificari. quod falsum est plane.

Contra hoc ē qd magister dicit in littera. q. sibi magis placeat q. merentur iam habitum.

Item rōne angeli dum ministrant nobis aliquid merentur cum ex magna rōnabilitate et liberalitate nobis cōdescendant. et ministerium non sit actus comprehēnsoris sed uiuatoris potius. Aut ergo angeli merentur habitum talem. aut habendum. si habitum



Si habitū habeo ppositum, q. meritum se  
quitur pmiū, si habendum, tūc ergo cum  
mereantur beatitudinem non est beatus, si  
aliud q̄ beatitudinem, ergo nō est meritū  
eius perfectum nec necessarium. **P**reterea,  
quicquid mereat cum spes que differt affli-  
git aīam, uidet q̄ tale meritū respectu rei  
habende, non possit stare cum statu beatitu-  
dinis. **I**tem magna pmiā nō debet dari  
sine magnis meritis, et magna merita non  
sunt sine magnis obsequiis, ergo cū angeli  
magna pmiā habeāt et magna obsequia nō  
p̄cesserūt in quibus meruerūt, ergo debent  
sequi. **I**tem fm q̄ plus dat deus exigit  
plus a creatura, si ergo maius robur uirtu-  
tis dedit angelo q̄ homini, ergo et maiora  
obsequia requirit. **S**ed homo nō glorificat  
nisi p̄ multos labores, ergo nec angel⁹ sine  
opibus debet glorificari, sed opa non p̄ces-  
serūt sed solus motus affectōis, ergo opor-  
tet sequi. **R**isio, vō q̄ circa hoc sicut  
dicit **Aḡ** duplex fuit opinio. **Q**uidā enī  
dixerūt q̄ in angelis pmiū p̄cedit meritū  
et huius positōis fuit **Aḡ**, et ad hoc po-  
nendum moti sunt rōnabiliter, et q̄ntum ad  
motiū, et q̄ntum ad modū, q̄ntum ad mo-  
tū, quia enī intellexerūt quia non ē meri-  
tum sine gratia, nec magnū meritū ubi nō  
est magnū obsequiū, et in angelis p̄p̄ natu-  
re uelocitatem ueritatem et idoneitatem simul  
duratōne dat gratia et gloria, dixerūt q̄ in  
angeis meritum non potuit p̄cedere pmiū  
meritum inq̄ntum condigni, s̄z solum si ali-  
quid p̄cedit hoc est meritum oīgnū, sed se-  
quit meritū dignū, hoc etiam ad hoc ponen-  
dum instigauit q̄ meritum rei habende so-  
nat in indigentiam q̄ nō uidet posse stare  
cum gloria. **N**odum autē huius meriti sa-  
tis aduertere possumus in militib⁹, q̄ bene  
pugnādo merent equū aī merita datū, hoc  
aut opinio et q̄uis sit p̄babilis, tñ plura h̄z  
sibi aduersantia que in opponēdo tacta sūt.  
**P**ropter q̄ fuit alia rō, q̄ in angelis meri-  
tum p̄cessit pmiū, nō tēpe s̄z nature, et rōem  
huius assignat, q̄ grā naturalit̄ p̄cedit glo-  
riam, et grā cū inuenit motū i lī, ar. ordinarū  
facit meritorū et pensat meritū, fm q̄ntita-  
tem grē, nō fm multitudiez opum, **I**deo cū  
ange lis data sit p̄fecta grā et libez arbitriū

omnino sit coopatum grē, q̄ in sua uersio-  
ne sufficient meruerunt gloriāficationem, et  
hec positō rōnabilior est et melius habet fū-  
damentū, q̄a meritum requirit et iūdat in p-  
fectōne uoluntatis, nō in multitudie opinio-  
nis. **H**anc omniū tenet moderni doctores  
ideo huic adherendū est. **A**d illō q̄ obi-  
citur de **Aḡ**, vō q̄ in hac opinione sicut  
et in pluribus aliis non assentit ei, **A**d il-  
lud q̄ obiicit q̄ merent, vō q̄ est premium  
substantiale et hoc meruerūt p̄ conuersionem  
sui in deum, et est pmiū accidētale, et hoc  
merent p̄ ministerium quod faciunt homi-  
ni, quia accidit beatitudini, ideo sine tali pre-  
mio cum eius merito potest stare beatitudo  
nec affligunt expectatōne, sicut nec anime  
beate de sc̄e stole p̄ceptione adhuc minus  
quia minus inclināt. **A**d illud quod obi-  
citur, q̄ magna premia requirunt merita  
magna, dicendum q̄ magnitudo meriti nō  
consistit in exteriori ope principaliter sed  
interiori. **S**icut diabolus multum peccauit  
p̄pter improbam uoluntatem, et si nihil fece-  
rit exterius, sic econuerso multum meruerūt  
angeli boni. **E**t ad illud q̄ obiicit de ho-  
mine, dicendum q̄ homo non ita cito me-  
ret ut angelus, t̄o tempus meriti habz diu-  
turnius, et t̄o nō ē simile, s̄z hoc melius pa-  
tebet infra distinctōne septima.

**I**n ista parte sunt dubitatōes  
circa līam. **E**t primo queritur  
de hoc q̄ dicit **Auer** odio ha-  
bere ut inuidere. **C**ōtra, nul-  
lus et scientia pōt odisse deum, cum oēs na-  
turalit̄ appetant summum bonum, ergo ui-  
detur fm hoc q̄ nullus auertat. **R**isio,  
dicendum q̄ **Aḡ** non diffinit hīc q̄māq̄  
auersinōem sed auersionem consummatā,  
in qua est obstinatio et rebellio contra deū,  
que fuit in diabolo, ex quo uidit se non pos-  
se consequi quod ambiebat. **A**d illud  
ergo quod dicitur q̄ nullius conscientia po-  
test deum odisse, dicendum q̄ **Augustin⁹**  
illud retractat, attamen ueritatem aliquo  
modo habet illud uerbum si intelligatur  
de deo inquantum est summum bonū ad  
q̄ p̄cipandū facta est creatura rationalis.



## Distinctio.

vade cui n. semper appetat beatificari nūq̃  
beatificans o. dit. nihilominus 3tingit cōside  
rari deum ut iustum ponentem leges. 7 in  
fluentem penas. et sic odiunt multi qui sc̃s  
peccant in sp̃m sanctuz. ¶ Item queritur  
de hoc q̃ dicit. q̃ data est gracia angel' co  
opans. ¶ Contra. gracia coopans est sub  
sequens respectu opantis. s̃z n̄ habuerit opan  
tem ut p̃dictum est. ergo nec coopantem.

¶ Rñsio. p̃o q̃ eadez gracia dicitur opans  
et coopans rōe diuersorum effectū. 7 iō  
dicuntur non habere gratiam opantem. q̃a  
non habuerūt gratiam mundificantem uo  
luntatem. habent tamen ipam eandem gra  
tiam ut adiuuantem in bona opacōne. 7 isti  
effectus sunt sepabiles. ¶ Ad hoc ergo q̃ di  
citur q̃ illa est pueniens. p̃o q̃ pueniens nō  
dicitur rōne gracie subsequētis. s̃z rōne uo  
lūtatis. vel p̃o q̃ ille sunt differētie put ha  
bent esse i libero ar. lapso sc̃s homis. et iō  
non habēt locū in angelis. alia patēt.

### Distinctio sexta.

¶ Reterea sciri oportz. ¶ 1. supra  
egit. ¶ 2. de auersione 7 con  
uersione angeloz. ¶ In hac pte  
de lapsu siue ruina maloz. ¶ Et  
diuiditur hec pars in duas. In prima deter  
minat ueritatem. In sc̃da remouet dubita  
cōnem. ibi. ¶ Solet aut̃ queri. ¶ 1. Prima pars  
habet tres partes. In prima determinat unū  
cecidit. ¶ Secundo uero in quem locum.  
ibi. ¶ Et tante superbie. ¶ Tercō uero qualiter  
habēt ordinē placōnum. ibi. ¶ Et sicut int̃ bo  
nos. ¶ Similiter sc̃da pars habet tres ptes  
In prima mouet quēstionem de unitate loci  
quantum ad angelos minores. sc̃dō q̃ntum  
ad luciferum. ¶ Tercō occasionaliter ostendit  
3siliendi modum inter nos et nostrum ad  
uersarium. Primum facit ibi. ¶ Solet autem  
queri. ¶ 1. Sc̃dum ibi. ¶ De lucifero aut̃. ¶ Ter  
ciū ibi. ¶ Alii quoq̃ q̃ a sanctis. ¶ 2. Principalit̃  
igit̃ i hac distinctōe determinatur vnde angeli  
corruerint. 7 deinde quis loc' post ruinam  
et quis ordo in loco et officio.

¶ H intelligentiam eorum que  
in hac parte dicuntur de lapsu  
angelorum. tria incidunt que  
renda. Primum est de quo or  
dine uel dignitate ceciderunt. Sc̃dum est in  
quid ceciderūt. Tercium est de ordine siue  
placōne eorū post casum. ¶ Circa primū duo  
queruntur. Primo queritur de quo ordine  
fuerit lucifer. Sc̃dō de quo ordine lapsi sūt  
minores angeli.

¶ Queritur ergo primo de quo or  
dine fuerit lucifer. ¶ Et q̃ fuerit  
de supremo hoc ostendit Job.  
xl. ipe est principium uianū dei  
sed non ordine nature. ergo ordine dignita  
tis. ergo fuit precellens inter creaturas cete  
ras. ergo 7 inter angelos. ¶ Item Grego.  
xxij moral. tractas illō Ezech. Tu cherub  
extensus 7 ptegens. ¶ 1. quia comparacōne  
claritatis sue ceteroz claritatē obumbrasse  
creditur. ideo ipe extensus 7 ptegens phi  
betur loquitur de lucifero. ergo. ¶ Et itex  
idem. dum ceteris agnibus angelorum p̃  
latus eorum claritatem transcendit. ex eoz  
compatione clarior fuit. ¶ Et itex in eodem  
libro. illa supriorum uirtutum p̃cere altitu  
dinis agmina i leticie eterne uiriditate plā  
tata. quamuis excelsa fuerit condita. huic ta  
men nec plāta sunt nec coequata. ¶ Item  
idem. lucifer appetit omnibus p̃esse et cre  
didit se posse optinere ut nulli subesset. sed  
hoc non est p̃babile nisi uidisset se omnes  
p̃cellere. ergo fuit de sup̃mo ordine. ¶ Itē  
peccatum eius maximum fuit inter pecca  
ta omnium angelorum imo omnīū creatu  
rarum. ¶ Sed tanto maius est uiciū quan  
to in nobiliori natura. ergo si maximum  
peccatum habuit omnium aliorum. ergo  
quantum ad naturam ceteris maior fuit.  
¶ Sed contra. ¶ Ezechielis vicesimo octauo  
dicitur ad luciferum. Tu cherub. sicut ex  
ponit Gregorius. ¶ Sed supremus ordo  
non ē ordo cherubin s̃z seraphin. sicut uult  
diabol'. ergo nō fuit de sup̃mo ordine. ¶ Itē  
Damascenus sc̃dō libro. quarto capitulo.